Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gla patri. Pro qua venerandus stephanus usq; ad mortem mir
ter disputando certauit, Et enim. De sc̄o Johe
Quoniam dominus iesus xp̄o sanctum iohannem plusq̄m
ceteros diligebat apostolos. In medio. Et sacra
mentum fidei q; verbum coeternum patri scripsit pauter q; dic
tis predicauit, Et impleuit, Qui cum in tantum dilexit ut
in cena sacratissima supra pectus suum ipsum recumbere per mi
sisset. Spiritu. Quo inspirante ewangelizabat dicens in prin
cipio erat verbum q; verbum erat apud deum q; deus erat verbu.
℟ Bonum e. Unde nos monit peccata nostra confitentes tibi
sanctoq; iohanni psallimus dicentes, Gla pat. Quam mirifica
tus gloriam dilectus iste domini iohannes p̄fundissime intellex
it q; excellenter pronunciauit. In medio
Hodie pro domino pempta sunt in sanctum milia quos
occidit herodis seuicia de quibz olim ꝓpheta pre
dixerat. Ex ore infantum.